scriptione Terrestri, bello, conventioneque, ac alijs omnibus Iuris
remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi Sabbatho In Vigilia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono.

22/VI

1669

Ex Cod. **Miastkowska Liikowkie Cedit.** [bi]

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Comparens personaliter Generosa Zophia Miastkowska olim Nobilis Alberti Gorski Consors derelicta Vidua sana mente et corpore existens, à Terris Districtibus suis Iurisdictionibus quibusvis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti Iuri Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, seque Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipsa de omni et integro Iure suo nempe de summa Trecentorum florenorum sibi Recognitorum per olim Generosum Albertum Siennicki super bonis suis generaliter omnibus, modo simplici de facto Actis Castrensibus Cernensibus Feria Tertia post festum Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo octavo ad soluendum assecurata, nec non de eadem ipsa Inscriptione Castrensi Cernensi Debitorea suo in tenore de praemissis latiori cum omni praemissorum Iure, proprietate, competentiaque et praerogatiua quauis omnibusque et singulis Inscriptionis praedictae Debitoreae atque praesentis Iuris cessi Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter vniuersis, summae quoque memoratae Trecentorum florenorum polonicalium vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus Commodis emolumentis, obuentionibus attinentijsque pertinentijs generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Iuris proprietatis

prietatis ac cuiusuis Competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscen suisq successoribus aut alio quopiam reseruando seu excipiendo verum prout praemissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem concernebant, ac eidem legitime seruiebant, Iam exuunt et defacto Gnoso Stanislao Lubikowski eiusq posteris Cessit et condescendit, prout Cedit et Condescendit praesens, omneq et integrum Ius suum sibi ad praemissa seruiens in personam eiusdem Gnosi Stanislai Lubikowski Cessionarij sui, eiusq posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporauit prout transfert, transfundit, et incorporat praesentibus, Per ipsum Gnosum Stanislaum Lubikowski Cessionarium suum et ipsius successores hoc idem Ius praesens Cessum, summamq suprascriptam praesens per se Recognoscens abcessam cum vniuersis ipsius vtilitatibus et vsufructibus Competentijsq et praerogatiua quauis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice vtifruendi, summam praefatam Trecentor Florenorum polonicalium per se Recognoscentem transfusam tollendi leuandi, et percipiendi, de leuata et percepta quietandi, pro eademq si non fuerit soluta iure agendi processus quosuis Iudiciarios instituendi ac inchoandi, et ad debitum exequutionis finem perducendi praemissaq omnia tanquam sua propria ad suos et suorum successorum quosuis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter conuertendi, Iuris praefati Originali ea omnia latius in se complectenti praesensq Cessi et transfusi vigore.

Vigore Laudi feria Tertia in Crastino Festi Natiuitatis Sancti Joannis Baptistae: Anno Domini Imo. 6o. 6. 9o Perlecka Popielowey Donat.

25/VI 1669